Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xxxviii

Petrus uero sedebat
foris in atrio et acces
sit ad eum una ancilla
dicens. Et tu cum iesu ga
lileo eras. At ille nega
uit coram omnibus dicens
Nescio quid dicis. Ex
eunte autem illo ianuam
uidit eum alia ancilla et
ait his qui erant ibi
Et hic cum iesu nazareno
erat. Et iterum negauit
cum iuramento quia non
nouit hominem. Et post
pusillum accesserunt qui
astabant et dixerunt
petro Vere et tu ex il
lis es: nam et loquela
tua manifestum te facit
Tunc iterum cepit detes
tari et iurare quia non
nouisset hominem. Et
continuo gallus cantau
it. Et recordatus petrus
uerbi iesu quod dixerat:
Priusquam gallus cantet
ter me negabis: et e
gressus foras fleuit
amare. Mane autem
facto consilium inierunt
omnes principes sacer
dotum et seniores populi
aduersus iesum ut eum
morti traderent. Et
uinctum adduxerunt
eum: et tradiderunt pon
tio pylato presidi. Tunc
uidens iudas qui eum
tradidit quod damnatus
esset penitentia
ductus retulit triginta
argenteos principibus
sacerdotum et senioribus
dicens. Peccaui: tra
dens sanguinem iustum
At illi dixerunt. Quid
ad nos. Tu uideris et
iectis argenteis in tem
plo recessit et abiens
laqueo se suspendit
Principes autem sacerdotum
acceptis argenteis dixe
runt. Non licet eos mit
tere in corbanam: quia pretium
sanguinis est. Con
silio autem inito: emerunt

55